Nr. 216. I. 1906.

Kirchliches Verordnungs-Blatt

für die

Lavanter Diözeſe.

Cerkveni zaukaznik za Lavantinsko škofijo.

Inhalt: 1. Allocutio Pii PP. X., habita in Consistorio die 11. Decembris 1905. — 2. Praznika B. M. V. de Bono Consilio in Manifestationis B. M. V. a Sacro Numismate, vulgo Della Medaglia Miracolosa. — 3. Orationes imperatae. — 4. Decretum S. C. Episc. et Regul. circa designationem confessarii ordinarii in monasteriis. — 5. De genuflexione facienda a transeuntibus ante altare, in quo Missa celebratur, a consecratione usque ad communionem. — 6. Decretum S. C. Indicis Feria III. die 12. Decembris 1905. — 7. Aufgebot öſterreichiſcher Staatsangehöriger, welche in Ungarn domizilieren, aber in Öſterreich mit öſterr. Staatsangehörigen die Ehe ſchließen. — 8. Vertrag der ungariſchen, aber im Auslande domizilierenden Ehewerber in Betreff der Religion der Kinder bei gemiſchten Ehen. — 9. Fortlaufende Schreibweiſe. — 10. Paſtoralkonferenzfragen für das Jahr 1906. — 11. Theologiſche Fragen für das Jahr 1906. — 12. Pfarrkonkursprüfungen für das Jahr 1906. — 13. Sveta olja. — 14. Kundmachung. — 15. Literatur. — 16. Diözeſan-Nachrichten.

1.

Allocutio Pii PP. X., habita in Consistorio die 11. Decembris 1905.

Venerabiles Fratres!

Amplissimum Collegium vestrum iterum hac die spectare coram, equidem Nobis accidit iucundissime. Vellemus autem, ad hanc iucunditatem augendam, ea posse de Christi Ecclesia, cui praesumus, vobiscum communicanda proferre, quae laetitiam parerent, optatoque animos solatio perfunderent. Quid enim nobis, quid vobis desideratius, quam sedere Ecclesiam in pulcritudine pacis; filios eius, fortes in fide et caritate ferventes, sicut novellas olivarum esse in circuitu mensae illius; reges et principes ambulare in splendore ortus eius; et adorare vestigia pedum eius, omnes qui detrahebant ei, et vocare illam Civitatem Domini et Sion sancti Israel?

Sed heu! scitis nimium, Venerabiles Fratres, atque intimo doletis corde, non hisce Nos conditionibus uti, eaque contra esse tempora, quae peiora in dies portendant meliora praecipere vix sinant.

Utique, quod Dei miserentis est opus, annuntiatur fides in universo mundo: atque ibi laetiores occurrunt segetes, ubi, humano quidem iudicio, minus surrectura semina sperarentur. Regiones loquimur, ubi a catholica doctrina dissidetur, easque in primis quae vanis adhuc superstitionibus gentium detinentur. Crescit enim illic verbum Dei et augetur numerus discipulorum, loquente Deo pacem in plebem suam.

Verum, quod angore maximo commemoramus, si oculos animosque alio convertimus, ad nationes nimirum quae catholico censentur nomine; quanta ubique trepidationum causa, quanta moeroris! Metuimus plane ne plerisque impleatur quod scriptum est: Auferetur a vobis regnum, et dabitur genti facienti fructus eius!

Qua de re, ea plane gens vehementissime his diebus sollicitos anxiosque Nos habet, quae gloriosa huc usque primigenae Ecclesiae filiae appellatione nuncupata est. Attamen de legibus, contra omnes iustitiae regulas adversus Ecclesiam ibidem nunc latis, mens est, opportuniore tempore, consideratius et gravius, pro apostolico munere vos alloqui.

Ne tamen animos haec inter despondeamus, illud sane prohibet, Venerabiles Fratres, quod Christus in Evangelio saepe nos commonet; eam scilicet in hisce terris Ecclesiae sortem perpetuo fore, quam Ipse sibi, pro hominum reparatione, sponte susceperat. Persecuti sunt me, persequentur et vos. — Eritis odio omnibus propter nomen meum. — Nolite mirari si vos odit mundus, quia me priorem vobis odio habuit. Quae cum vera esse non dubitemus, gloriemur in tribulatione nostra; quamdiu enim persecutionibus tentamur, responsum in nobis habemus requiescere super nos qui est spiritus Christi. Concutitur Ecclesia; sed fides in tentationibus roboratur; et qui

probati sunt, manifesti fiunt in nobis, et auferuntur zizania de medio tritici. Caveamus igitur ne Christi unquam reprehensione mulctemur, quam Petrus, adhuc infirmus mediisque in fluctibus metuens, audivit: Modicae fidei, quare dubitasti? — Interea, officii memores, perseveremus unanimiter in oratione, omnigenaeque pietatis operibus conciliare nobis Dei clementiam studeamus; qui, cum sanabiles fecerit nationes, tranquillitatem et pacem, statuto providentiae tempore, benignus impertiet.

In nomine Patris † et Filii † et Spiritus † Sancti. Amen.

2.

Praznika B. M. V. de Bono Consilio in Manifestationis B. M. V. a Sacro Numismate, vulgo Della Medaglia Miracolosa.

Da se ustreže mnogim željam velečastitih gospodov dušnih pastirjev in da se med verniki Lavantinske škofije povzdigne pobožno češčenje preblažene device Marije, sta se vložili pri sveti apostolski stolici sledeči prošnji za dovoljenje praznikov „B. M. V. de Bono Consilio“ in „Manifestationis B. M. V. a Sacro Numismate, vulgo Della Medaglia Miracolosa“:

Sanctissime Pater!

Christifideles dioecesis meae Lavantinae summo devotionis studio beatissimam Virginem Mariam sub titulo Matris boni consilii venerantur, praesertim ex quo p. m. Leo PP. XIII. per decretum S. R. C. de die 22. Aprilis 1903 praeconium istud litaniis Lauretanis adiecit.

Quapropter animarum curatores dioecesis meae, anno elapso in conferentiis pastoralibus congregati, preces mihi obtulerunt, ut in dioecesi Lavantina etiam Festum beatae Mariae Virginis de bono consilio introduceretur, prout iam in aliis quibusdam dioecesibus ex benigna Sanctae Sedis concessione celebratur.

Votis cleri dioecesani libenter obsequens, humillime supplico, quatenus Sanctitas Vestra clementissime indulgere dignetur, ut Festum beatae Mariae Virginis de bono consilio cum Officio et Missa propriis a clero dioecesis meae Lavantinae sub ritu duplicis maioris die 26. Aprilis quotannis recoli valeat, addita facultate, idem Festum transferendi in primam diem liberam iuxta Rubricas, quoties ea dies impedita occurrerit; atque ut Festum Ss. Cleti et Marcellini Pont. Mart. in eamdem diem 26. Aprilis incidens, pro dioecesi Lavantina in diem 1. Junii transferatur.

Pro qua gratia . . .

Marburgi in Austria, die 10. Novembris 1905.

Beatissime Pater!

Pia veneratio immaculatae Virginis Mariae a Sacro Numismate, vulgo Della Medaglia Miracolosa, in dioecesi mea Lavantina praesertim per presbyteros Missionis S. Vincentii a Paulo late iam est propagata dictumque Numisma a Christifidelibus, maxime a Marianis sodalibus in processionibus aliisque ecclesiasticis sollemnitatibus publice deferri solet.[1]

Quapropter ego humillime subscriptus episcopus Lavantinus ad promovendum cultum immaculatae Virginis Mariae suppliciter rogo, ut Sanctitas Vestra festum Manifestationis immaculatae Virginis Mariae a Sacro Numismate, vulgo Della Medaglia Miracolosa, cum Officio et Missa propriis sub ritu duplicis maioris etiam pro dioecesi mea Lavantina ipso die 27. Novembris concedere dignetur cum facultate transferendi illud in proximam diem non impeditam, quoties ea dies impedita occurrerit; translato festo S. Virgilii Episcopi Confessoris, dioecesi meae proprio eodem die 27. Novembris occurrente, ad diem 28. Novembris.

Pro qua gratia . . .

Marburgi in Austria, die 10. Novembris 1905.

Te prošnji so uslišali sveti Oče z apostolskim pismom z dne 21. novembra 1905, katero se glasi tako-le:

Lavantina.

Quo cultus et pietas in Deiparam Virginem magis magisque foveatur inter fideles sibi commissos, piis quoque Cleri ac praesertim Parochorum votis libenter obsecundans, Rmus Dnus Michael Napotnik, Episcopus Lavantinus, Sanctissimum Dominum Nostrum Pium Papam X. supplex rogavit, ut Kalendario ac Proprio in usum ipsiusmet Dioeceseos inseri valeant sub ritu duplici maiori sequentia duo festa Dei Genitricis, cum respectivis Officiis ac Missis propriis, uti in Appendice Breviarii et Missalis Romani, videlicet:

Die 26. Aprilis, B. M. V. de Bono Consilio: fixe translato in diem 1. Junii Officio semiduplici Ss. Cleti et Marcellini Pont. Mm., ac

---

[1] O tej čudodelni svetinji beri: Pridiga po dovršenem posvečenju mramornatega altarja Marijinega pod naslovom „čudodelne svetinje“ v cerkvi sv. Jožefa nad Mariborom, 1. majnika 1904. (Dr. Mihael Napotnik, Obris cerkve, zavoda in delovanja čast. gosp. duhovnikov misionarjev sv. Vincencija Pavljana pri sv. Jožefu v Celju. V Mariboru, 1904. Str. 114—125).

Die 27. Novembris, Manifestationis Immaculatae Virginis Mariae a Sacro Numismate: fixe reposito in sequenti die 28. Officio duplici II. classis S. Virgilii Episc., Confes. Sacra porro Rituum Congregatio, utendo facultatibus sibi specialiter ab eodem Sanctissimo Domino Nostro tributis, benigne annuit pro gratia in omnibus iuxta preces: servatis Rubricis. Contrariis non obstantibus quibuscunque. Die 21. Novembris 1905.

D. Panici, Archiep. Laodicen. Secret.

Ker je pa to apostolsko pismo došlo, ko je bil direktorij za leto 1906 že dotiskan, je uvrstitev omenjenih praznikov povzročila primernih popravkov, ki so se pridejali direktoriju kot „Appendix“ (str. 119—121). Da velečastiti gospodje duhovniki ne bodo prezrli teh popravkov, se priporoča, da si jih takoj zaznamenujejo v direktoriju na zadevnih straneh 55, 63, 105, 106 in 110.

3.

Orationes imperatae.

In posterum usque ad revocationem sequentes orationes, servatis rubricis, ab omnibus sacerdotibus dioecesanis, tum saecularibus tum regularibus, dicendae sunt:

1. Feria III. *pro Papa.*

2. Feria V. *pro Imperatore et Rege,* quae insuper ex Decreto S. R. C. de die 10. Februarii 1860 dici debet singulis per annum Missis vel sollemnibus vel parochialibus, quando per Rubricas licet. (Vide: Gesta et statuta Synodi dioecesanae anno 1896 celebratae. Marburgi, 1897. Pag. 386—392. — Porro Directorium Rom. Lavant. 1906, pag. 5, litt. a).

3. Sabbato *pro Pace,* ex Missa votiva pro Pace. Excipiuntur tamen sacerdotes, qui, durante sollemni expositione sanctissimi Sacramenti, die Sabbato cantant Missam votivam sollemnem pro Pace. (Cfr. Kirchl. Veordnungs-Blatt Nr. XI ex 1904, pag. 168).

4.

Decretum S. Congr. Episc. et Regul. circa designationem confessarii ordinarii in monasteriis.

Petrus Gonzalez et Estrada Episcopus S. Christophori de Habana, omne illicitum vitare cupiens, a Sacra Episcoporum et Regularium Congregatione sequentium dubiorum solutionem humillime postulat; nimirum:

I. An Episcopus licite valeat confessarium ordinarium monialium unius monasterii pro alius monasterii monialium ordinario confessario designare? — Et quatenus *negative:*

II. An Episcopus confessarium ordinarium monialium unius monasterii ad munus ordinarii confessarii sororum votorum simplicium eligere queat? — Et quatenus *negative:*

III. Utrum Episcopus unum confessarium ordinarium pro duabus communitatibus sororum possit licite deputare?

IV. An prohibitum sit Regularibus confessarios ordinarios sororum votorum simplicium esse, sicut pro monialibus eis vetitum est?

Et Sacra Congregatio Eminentissimorum ac Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium Negotiis et Consultationibus Episcoporum et Regularium praeposita, omnibus sedulo perpensis, respondendum esse censuit, prout respondet:

Ad I. *Affirmative.*

Ad II. et III. Provisum in primo.

Ad IV. *Affirmative.*

Romae, die 1. Septembris 1905.

D. Card. **Ferrata,** *Praefectus.*

L. † S. **Philippus Giustini,** *Secretarius.*

5.

De genuflexione facienda a transeuntibus ante altare, in quo Missa celebratur, a consecratione usque ad communionem.

Hodiernus canonicus caeremoniarum magister ecclesiae metropolitanae Rhemensis de consensu sui Emmi Archiepiscopi sequentia dubia Sacrorum Rituum Congregationi pro opportuna declaratione humillime proposuit, videlicet:

I. Utrum canonici ante altare, in quo Missa celebratur, transeuntes a consecratione usque ad communionem, genuflexionem duplicem, nempe utroque genu, efficere debeant, an genu dexterum tantum usque in terram flectere?

II. Utrum idem modus genuflectendi servari etiam debeat a quolibet sacerdote, qui sive ad altare procedit Missam celebraturus, sive redit celebrata Missa, transit ante aliud altare, in quo tunc Missa celebratur et est inter consecrationem et communionem.

III. Utrum eodem modo genuflectere debeant ceroferarii, qui ab altari discedunt post consecrationem, cum intortitia in sacristiam referunt et cum statim ad loca sua prope altare redeunt?

Et Sacra eadem Rituum Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, exquisito voto Commissionis Liturgicae omnibusque sedulo perpensis rescribendum censuit:

Ad I. „Negative ad primam partem, affirmative ad secundam".

Ad II. „Negative et serventur Rubricae de ritu celebrandi tit. II. n. I."

Ad III. „Genuflectant unico genu".

Atque ita rescripsit die 20. Mai 1904.

S. Card. **Cretoni**, *Praefectus*.

L. † S. † **D. Panici**, Archiep. Laodicen. *Secretarius*.

6.

Decretum S. Cong. Indicis

Feria III. die 12. Decembris 1905.

Sacra Congregatio Eminentissimorum ac Reverendissimorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium a Sanctissimo Domino Nostro Pio Papa X. *Sanctaque Sede Apostolica Indici librorum pravae doctrinae, eorumdemque proscriptioni, expurgationi ac permissioni in universa christiana republica praepositorum et delegatorum, habita in Palatio Apostolico Vaticano die 12. Decembris 1905, damnavit et damnat, proscripsit proscribitque, atque in Indicem librorum prohibitorum referri mandavit et mandat quae sequuntur opera:*

Onielio Lizzocci, Nuovi orizzonti filosofici, ossia avviamento a nuovi studî di filosofia. Pistoia, G. Flori e C. 1904.

Dr. Franco Maggioni, Questioni delicate. Roma, Forzani e C. 1904.

Itaque nemo cuiuscumque gradus et conditionis praedicta opera damnata atque proscripta, quocumque loco et quocumque idiomate, aut in posterum edere, aut edita legere vel retinere audeat, sub poenis in Indice librorum vetitorum indictis.

Antonius Vogrinec decreto S. Congregationis, edito di 3 Iunii 1904, quo liber ab eo conscriptus notatus et in Indicem librorum prohibitorum insertus est, laudabiliter se subiecit.

Quibus Sanctissimo Domino Nostro Pio Papae X *per me infrascriptum Secretarium relatis,* Sanctitas Sua *Decretum probavit, et promulgari praecepit. In quorum fidem etc.*

Datum Romae die 15 Decembris 1905.

Andreas Card. **Steinhuber,**
Praefectus.

Loco † Sigilli.

Fr. Thomas Esser, Ord. Praed.,
a Secretis.

Die 13 Decembris 1905 ego infrascriptus Mag. Cursorum testor supradictum Decretum affixum et publicatum fuisse in Urbe.

Henricus Benaglia, Mag. Curs.

7.

Aufgebot öſterreichiſcher Staatsangehöriger, welche in Ungarn domizilieren, aber in Öſterreich mit öſterreichiſchen Staatsangehörigen die Ehe ſchließen.

Das vom hochwürdigſten Apoſtoliſchen Feldvikariate eingeführte Paſtoralblatt für die k. und k. katholiſche Militär- und Marinegeiſtlichkeit bringt in ſeiner erſten Nummer hierüber nachſtehende Weiſung:

„Es iſt mehrmals vorgekommen, daß öſterreichiſche Staatsangehörige, welche in Ungarn domizilieren, aber in Öſterreich mit einer (einem) öſterreichiſchen Staatsangehörigen die Ehe ſchließen wollen, ſich wegen des Eheaufgebotes an den Matrikelführer ihres Domizils gewendet haben. In einzelnen Fällen haben ſich die Matrikelführer zur Vornahme des Aufgebotes kompetent erklärt und das Aufgebot angeordnet, in anderen Fällen jedoch, mangels der Zuſtändigkeit, die Anordnung des Aufgebotes verweigert.

Nachdem diesbezüglich weder der ungariſche Geſetzartikel XXXIII vom Jahre 1894 noch die Durchführungsbeſtimmungen und Verordnungen zu dieſem Geſetzartikel klare Weiſungen enthalten, ſo hat ſich das Apoſtoliſche Feldvikariat an das ungariſche Juſtizminiſterium mit der Anfrage gewendet, ob **öſterreichiſche Staatsangehörige**, welche in Ungarn domizilieren, aber in Öſterreich mit öſterreichiſchen Staatsangehörigen die Ehe ſchließen wollen, unbedingt beim ungariſchen Matrikelführer ihres Domizils aufgeboten werden müſſen.

Das ungariſche Juſtizminiſterium hat mit dem Erlaſſe Z. 4463 J. M. 1905 I vom 6. Mai 1905 unter Berufung auf den § 7 der Verordnung des ungariſchen Juſtizminiſters und des Miniſters des Innern vom 12. Februar 1896, Z. 7870 J. M. dem Apoſtoliſchen Feldvikariate mitgeteilt, daß die ungariſchen Staats-Matrikelführer angewieſen ſind, dem Anſuchen **eines ausländiſchen Matrikelführers** (alſo nicht der Nupturienten) um Anordnung des Eheaufgebotes bloß in dem Falle Folge zu geben, wenn aus dem Anſuchen erhellt, daß keiner von den Nupturienten in Ungarn heimatszuſtändig, beziehungsweiſe ungariſcher Staatsbürger iſt. Stellt es ſich aus dem Anſuchen oder aus ſonſtigen Umſtänden jedoch heraus, daß einer der Nupturienten ungariſcher Staatsbürger iſt, dann iſt einem ſolchen Anſuchen keine willfahrende Folge zu geben, ſondern vom ungariſchen Staats-Matrikelführer das Aufgebot im eigenen Wirkungskreiſe anzuordnen.

Da nach dieſer Entſcheidung **öſterreichiſche** Staatsangehörige, welche in Ungarn domizilieren, aber in **Oeſterreich mit einer (einem) öſterreichiſchen** Staatsangehörigen die Ehe ſchließen wollen, beim Staats-Matrikelführer ihres Domizils nicht aufgeboten werden müſſen, ſo wird die hochwürdige Geiſtlichkeit hiemit angewieſen, ſich zur Vornahme einer ſolchen Eheſchließung mit dem Verkünd- beziehungsweiſe mit dem Verkündentlaßſcheine des zuſtändigen ungariſchen Seelſorgers mit Ausſchluß des Aufgebotſcheines des ungariſchen Staats-Matrikelführers zu begnügen.

Das gleiche gilt auch für die nach Kroatien, Slavonien, Bosnien und Herzegovina zuſtändigen Staatsangehörigen.“

8.

Vertrag der ungariſchen, aber im Auslande domizilierenden Ehewerber in Betreff der Religion der Kinder bei gemiſchten Ehen.

Nach dem ungariſchen Geſetzartikel XXXIII vom Jahre 1894 können „rezipierten oder geſetzlich anerkannten verſchiedenen Konfeſſionen angehörende Eheleute vor Schließung der Ehe ein für allemal eine Vereinbarung treffen, ob ihre Kinder insgeſamt der Religion des Vaters oder der Mutter folgen, beziehungsweiſe in derſelben erzogen werden ſollen.“ — „Dieſe Vereinbarung iſt nur dann gültig, wenn ſie vor einem königlichen Notar, königlichen Bezirksrichter Bürgermeiſter oder Oberſtuhlrichter unter den feſtgeſetzten Formalitäten erfolgt.“

Da es den ungariſchen Staatsangehörigen, welche in Öſterreich (Kroatien, Slavonien, Bosnien und der Herzegovina) domizilieren, oft ſchwer fällt, dieſe Vereinbarung vor den vorgenannten ungariſchen Amtsperſonen zu treffen, ſo hat das Apoſtoliſche Feldvikariat an das ungariſche Juſtizminiſterium die Anfrage gerichtet, ob ungariſche, aber in Öſterreich domizilierende Staatsangehörige den in Rede ſtehenden Vertrag in rechtsgültiger Form im Sinne des öſterreichiſchen Geſetzes vom 25. Mai 1868, R.-G.-Bl. Nr. 49, auch vor einem k. k. Bezirksgerichte oder vor einem k. k. Notar abſchließen können und ob dieſer Vertrag den ungariſchen Verträgen gleichgehalten wird?

Das ungariſche Juſtizminiſterium hat hierauf dem Apoſtoliſchen Feldvikariate mit Erlaß H 4463/J. M. 1905 I vom 6. Mai 1905 eröffnet, daß „das Übereinkommen in Betreff der Kinder im Sinne des Geſetzartikels XXXIII vom Jahre 1894 nur vor den ungariſchen Behörden (d. i. dem königlichen Notar, königlichen Bezirksrichter, Bürgermeiſter, Oberſtuhlrichter) zu ſtande kommen kann und ein von einem ungariſchen Staatsbürger vor einer ausländiſchen Behörde geſchloſſenes Übereinkommen keine Gültigkeit hat; daß ferner dieſes Übereinkommen nach § 1 des Erlaſſes Nr. 1674 vom

29. Juni 1895 des ungariſchen Juſtizminiſteriums und der Miniſterien für Kultus und Unterricht ſowie des Innern perſönlich oder durch Bevollmächtigte (je einer für den Bräutigam und für die Braut, welche zugleich vor der ungariſchen Behörde erſcheinen müſſen) abgeſchloſſen werden kann.“

„Zur Beglaubigung einer ſolchen im Auslande ausgeſtellten und der heimatlichen zuſtändigen Behörde vorzulegenden Ermächtigung für die Bevollmächtigten iſt im Auslande im allgemeinen das zur Legaliſierung der Namensfertigungen (Handzeichen) autoriſierte Organ befugt.“

Es haben demnach die Seelſorger beim Anſuchen um Dispens vom Ehehinderniſſe der Religionsverſchiedenheit, falls der Bräutigam ein ungariſcher Staatsangehöriger iſt, den im Sinne des vorzitierten Erlaſſes des ungariſchen Juſtizminiſteriums vorgeſchriebenen und vor den ungariſchen Behörden perſönlich oder durch Bevollmächtigte abgeſchloſſenen Vertrag dem biſchöflichen Ordinariate vorzulegen. Handelt es ſich aber nur um eine nach Ungarn heimatszuſtändige Braut, ſo haben ſich die Seelſorger mit einem nach öſterreichiſchem Geſetze abgeſchloſſenen Vertrage zu begnügen, weil die Braut durch ihre Verehelichung mit einem Öſterreicher (Kroaten, Slavonier, Bosnier oder Herzegovzen) ohnehin die ungariſche Staatsangehörigkeit verliert.

9.

Fortlaufende Schreibweiſe.

Die hochlöbliche k. k. Statthalterei in Graz hat unterm 24. September 1905 Zahl 28.237 nachſtehendes Normale zu ihrer neuen Geſchäftsordnung anher mitgeteilt:

„Mit 1. Jänner 1906 wird bei der k. k. Statthalterei eine neue Geſchäftsordnung in Wirkſamkeit treten, welche der ſeit 1. Jänner 1905 bei der n. ö. Statthalterei eingeführten nachgebildet iſt.

Ein weſentlicher Unterſchied der neuen Geſchäftsordnung von der bisherigen wird in der Anwendung der fortlaufenden Schreibweiſe und in der Heftung der Akten nach Art von Büchern oder Broſchüren beſtehen.

Bei dieſer Schreibweiſe ſoll die zeitliche Folge der Schriftſätze genau eingehalten und ſoll darauf Rückſicht genommen werden, daß alle Bogen und Blätter eines Aktes derart geheftet oder geklebt werden können, daß die Schrift nirgends verdeckt wird und der Akt ſo wie ein Buch aufgeſchlagen und geleſen werden kann.

Vorausſetzung hiefür iſt alſo vor allem, daß jedes einzelne auf einem Bogen oder Blatte vorhandene Schriftſtück in ſich abgeſchloſſen iſt; die Anbringung eines Rubrums, das beiſpielsweiſe auf der vierten Seite eines Bogens ſich befindet, während der Bericht oder die Eingabe nur die erſte Seite einnimmt, würde die Verwendung der leeren zweiten und dritten Seite unzuläſſig machen, weil die fortlaufende Schrift auf der zweiten und dritten Seite durch das Rubrum auf der vierten Seite in ſinnſtörender Weiſe unterbrochen werden würde.

Dieſes Rubrum ſoll alſo entfallen und durch eine ſchlagwortartige, präziſe Bezeichnung der Angelegenheit, um die es ſich handelt, den ſogenannten „Betreff“ erſetzt werden, welcher der Zuſchrift vorangeſtellt wird, und an welchen ſich auch die Signatur eines eventuell Bevollmächtigten (Advokaten) und die Anführung der Vorzahl anzuſchließen hätte, unter welcher die Angelegenheit bei jener Stelle zuletzt anhängig war, an die das Schreiben gerichtet iſt.

Ferner ſoll darauf Bedacht genommen werden, daß das Heften oder Kleben der in chronologiſcher Ordnung aneinandergereihten Blätter eines Aktes ohne Verdeckung der Schrift möglich iſt; es ſoll daher auf der erſten und dritten Seite jedes Bogens (Blattes) links und auf der zweiten und vierten Seite rechts ein 3 *cm* breiter Streifen freigelaſſen werden.“

Das F. B. Ordinariat hätte mit dieſem „Normale“ auch Muſterbeiſpiele dieſer neuen Schreibweiſe gerne hinausgegeben, konnte ſelbe jedoch bisher nicht bekommen.

Wohl wurde ihm von der hochlöbl. k. k. Statthalterei unterm 25. November 1905 Z. 59.939 ein Exemplar der bereits mit 1. Jänner 1906 für die k. k. Statthalterei und den k. k. ſteierm. Landesſchulrat in Wirkſamkeit getretenen „Geſchäftsordnung“ — die auf 105 Großoktavſeiten in ihrem erſten Abſchnitte den vom obigen Zeitpunkte an bei den genannten k. k. Behörden geltenden Geſchäftsplan, die neue Kanzlei-Organiſation, die vorgeſchriebene Aktenbearbeitung und die Regelung der Normalien behandelt — zur freien Verfügung geſtellt. Im zweiten Abſchnitte dieſer Geſchäfts-Ordnung wird die Kanzlei-Organiſation des Näheren auseinandergeſetzt, während der dritte und letzte Abſchnitt derſelben eine ſyſtematiſche, dann auch eine alphabetiſche Anordnung all der Gruppen und Abſchnitte des „Geſchäfts“-, beziehungsweiſe des „Normalienplanes“ wiedergibt.

Das Buch iſt um 2 K 20 h im Buchhandel erhältlich.

Es werden ſomit die F. B. Pfarrämter angewieſen, im ſchriftlichen Verkehr mit den politiſchen Behörden in Hinkunft ſich der fortlaufenden Schreibweiſe zu bedienen, die Eingaben an die F. B. Diözeſanbehörden aber bis auf weiters noch in der bisher üblichen, auf der jüngſten Diözeſanſynode neuerlich gutgeheißenen Weiſe zu verfaßen.

10.

Paſtoralkonferenzfragen für das Jahr 1906.

1. Es wird in unſeren Tagen von den Sozialpolitikern allgemein anerkannt, daß der Sonntag für ein wohlgeordnetes ſoziales Leben von größter ja entſcheidender Bedeutung iſt. Worin liegt dieſe ſoziale Bedeutung des Sonntages? Welche Mittel wären anzuwenden, damit der Sonntag nach allen Seiten zu ſeinem Rechte kommt?

2. Wie müſſen der Taufſtein und das Sacrarium beſchaffen ſein, damit ſie ihrem Zwecke vollauf entſprechen? Welche kirchlichen Beſtimmungen ſind diesfalls in Geltung?

Die beiden Fragen können von den Herren Elaboranten auch in ſloveniſcher Sprache ausgearbeitet werden.

11.

Theologiſche Fragen für das Jahr 1906.

1. Indulgentiarum fontes explanentur easque lucrandi conditiones exponantur atque utraque propositionis pars theologice demonstretur.

2. Quid causae matrimonialis termino intelligatur et num ac quo iure Ecclesia in eis iudicandis utatur. Quale ius potestati civili in matrimoniis catholicis concedatur, delineatur.

3. In einer Predigt iſt nach den Worten: „Wir haben die ganze Nacht gearbeitet und nichts gefangen" (Luc. 5, 5) zu zeigen, daß wir 1. in der Nacht d. i. im Stande ſchwerer Sünden nichts für den Himmel Verdienſtliches tun können, indem 2. der Tag d. i. der Stand der heiligmachenden Gnade dazu nötig iſt, gleichwohl aber 3. die Arbeit in der Nacht d. i. gute Werke im Stande der Todſünde nicht ohne Nutzen ſind. — Die Predigt iſt in deutſcher oder ſloveniſcher Sprache vollſtändig auszuarbeiten.

12.

Pfarrkonkursprüfungen.

Dieſelben finden im Jahre 1906 am 1., 2. und 3. Mai und am 28., 29. und 30. Auguſt in der fürſtbiſchöflichen Kanzlei zu Marburg ſtatt. Die Geſuche um Zulaſſung zur Pfarrkonkursprüfung ſind wenigſtens 14 Tage vor der Prüfung durch das betreffende F. B. Dekanalamt beim F. B. Ordinariate einzubringen. (Actiones et constitutiones Synodi dioecesanae anno 1900 peractae. Marburgi, 1901. Pag. 563 sq. lit. *a*).

13.

Sveta olja

se bodo delila po navadi na V e l i k i č e t r t e k v knezoškofijski pisarni. Posodice naj se poprej skrbno označijo.

14

Kundmachung.

Julius Graf Auersberg in Graz hat unter dem 7. Jänner 1906 anher das Erſuchen geſtellt, nachſtehende Anzeige im Verordnungsblatt einrücken zu laſſen:

„Für Beſchaffung der nachbenannten Matriken-Auszüge werden per Stück 20 Kronen nebſt den gebührenden Taxen geboten:

1. Taufſchein des Joſef Anton Freiherrn von Aichelburg (1730—1750), Sohn des Wolf Ferdinand Freiherrn von Aichelburg und deſſen

I. Gemahlin Freiin von Seenuß, oder

II. Gemahlin Freiin von Staudach.

2. Trauungsſchein des Joſef Anton Freiherrn von Aichelburg mit Maria Anna Joſefa Günther von Sternegg, geb. 1752 zu Graz, geſt. 1792 zu Frieſach, Tochter des Sigismund Günther von Sternegg und der Eliſabetha M. Anna Konradin von Flammenberg.

3. Trauungsſchein des Joſef Edlen von Preſtarini, geb. 1748 zu Palermo, geſt. 1786 zu Cremona; vermählt mit Anna Maria Wendosky (oder Wendoſch) von Wiſchau.

4. Taufſchein des Joſef Edlen von Preſtarini, oder Daten zur Auffindung desſelben.

5. Taufſchein der Anna Maria Wendosky (oder Wendoſch) von Wiſchau.

6. Taufſchein des Sigmund Günther von Sternegg.

7. Trauungsſchein des Sigmund Günther von Sternegg mit Eliſabetha M. Anna Konradin von Flammenberg.

Adreſſe: Julius Graf Auersberg,
Graz, Brockmanngaſſe 18, II. r.“

Die Herren Matrikenführer werden hiemit eingeladen, in ihren Tauf- und Trauungsbüchern diesbezüglich genau nachzuſehen, vorkommendenfalls geſtempelte Matrikenauszüge an die obenſtehende Adreſſe ſogleich einzuſenden.

15.

Literatur.

Der hochwürdigen Seelſorgegeiſtlichkeit wird über Anſuchen des hochw. Herrn Rektors des Miſſionshauſes in Milland bei Brixen vom 3. Dezember 1905 empfohlen:

„Stern der Neger.“ Katholiſche Miſſionszeitſchrift der Söhne des heiligſten Herzens Jeſu. Organ des Marien-Vereines für Afrika. Miſſionshaus Milland bei Brixen, Tirol.

Dieſe Zeitſchrift, welche mit Jänner d. J. bereits ihren neunten Jahrgang beginnt, erſcheint monatlich, wird vom Miſſionshaus Milland bei Brixen in Tirol um den geringen Preis von zwei Kronen per Jahr herausgegeben und dient vornehmlich der Unterſtützung und Ausbreitung der Miſſionstätigkeit der „Söhne des heiligſten Herzens Jeſu“ und ſucht Verſtändnis und werktätige Liebe des Miſſionswerkes in Wort und Schrift zu fördern. Das Arbeitsfeld dieſer Miſſionäre iſt der Sudan (Zentralafrika) und ſo erzählt dieſe Zeitſchrift ſtets viel Neues von Afrika und ſeinen Bewohnern, von der Arbeit ſowie von den Leiden und Freuden der Miſſionäre und vom Elend der Neger, die fern vom Lichte des Glaubens, noch in der Finſternis und Knechtſchaft ſchmachten. Daß dieſe afrikaniſchen Miſſionäre unſerer regen Unterſtützung gewiß auch wert ſind, möge man daraus entnehmen, daß vom Jänner bis November 1905 von ihnen nicht weniger denn 2196 heilige Taufen geſpendet worden ſind.

16.

Diözeſan-Nachrichten.

Inveſtiert wurde Herr Joſef Kostanjevec, Proviſor in Sobot, auf die Pfarre hl. Maria in Kalobje.

Beſtellt wurden als Proviſoren die Herren Kapläne: Franz Adlasnik in Sobot und Vinzenz Lorenčič in Lichtenwald.

Wiederangeſtellt wurde als Kaplan in St. Ägiden bei Turiak Herr Johann Luskar, Proviſor in Kalobje.

Überſetzt wurden die Herren Kapläne: Anton Kovačič von St. Ägiden bei Turiak nach Kerſchbach; Johann Lah von Kerſchbach nach Hohenmauten und Franz Mandeliček von St. Georgen an der Stainz nach Allerheiligen bei Michalofzen.

Geſtorben ſind: Herr Markus Černko, Pfarrer in Lichtenwald, am 26. Dezember 1905 im 50. und P. Benedikt Gradišnik, O. S. Fr., Jubelprieſter und Beichtvater, im Franziskanerkloſter in Rann, am 28. Dezember 1905 im 80. Lebensjahre.

Unbeſetzt ſind geblieben der 1. Kaplansposten in Reichenburg und der 2. Kaplansposten in St. Georgen an der Stainz.

F. B. Lavanter Ordinariat zu Marburg,

am 15. Jänner 1906.

† Michael,
Fürſtbiſchof.

St. Cyrillus-Buchdruckerei.